

ut damna legitime proles evitentur. Sed aliis difficultatem hanc leveris expendam.

XVIII. Quæst. II. *Quæ præstare debet qui are alieno gravatus ingreditur Religionem?* Resp. Primum convenit penes omnes, cum qui deliberat Religionis ingressum, debere omnia sua debita, cum possit, solvere. Et si domini incerti sint, debet bona sua prorata in pia opera distribuere, ut compenlet illata detrimenta. Si vero omnino impotens fuerit, nec spes addit restituendi, si ingreditur, & proficere Religionem valide, & licite potest. Si autem brevi tempore, puta infra biennium, spes adesse facti restituendi; tum diserte Religionis ingressum debet, nisi ingens periculum foret prolabendi in peccatum, aut aliud grave discrimen immineret. Ita docent plures iniores. S. Thomas 2. 2. quæst. cxxxix. art. 6. ad 3. hæc habet. *Unde licite potest exhibitis rebus suis Religionem ingredi, nec tenetur in seculo remanere, ut procurat unde debita solvat.* Nec interpretatio Salmanticensium tract. xiii. cap. 1. punct. 18. num. 286. confiliter, videlicet S. Thomam loqui de eo qui impotens sit solvendo, nisi longo tempore in seculo remaneat. Hoc quippe gratis asseritur: nam sententia S. Doctoris absolutæ est; & principium cui innititur, similiter universaliter concludit. Præmittit enim ibidem: *Propter pecuniam autem persona liberi hominis seculum iura civilia non obligatur, sed solum res: quia persona liberi hominis superat omnem estimationem pecunie.* Spectanda solum circumstantiæ sunt, debitorum summa, creditorum conditio, & ingredientis Religionem status. Dilatio ad biennium, & ut aliqui volunt, ad triennium, nimis proluxa est, & reticenda. Difficultas reduci ad unum aut alterum mensuram plus minuse potest, omnibus intervalla definiti determinate valent. Illud lorum advertendum, quod parum pro nihilo reputatur. Et si intra breve spatium abique periculo gravi fraudandæ vocationis ad religionem statum restitutor fieri possent, tum differendus ingressus esset.

XIX. Qui ex liberali promissione debitis gravatus est, cedere bona sua promissariis debet, eaque sibi retinere quæ necessaria sunt ad Religionis ingressum, & continuo Religionem ingredi, quia vel breve tempus tenatur ingressum diserte, ut debita ex liberali donatione contracta solvere queat: quoniam in gratuita donatione semper includitur hæc rationalis conditio, nisi meliorem statum amplexus fuero.

XX. Quæst. III. *Longo ne tempore, iure nature spectato, debet quis remanere in seculo, quando spes addit solvendi debita?* Resp. Quamvis ex his quæ dicta sunt, illius questionis decisio pateat; tamen quia iniores eam solo calamo veriant, paucis eam explicare iterum lubet. Adfirmantem opinionem defendunt Suarez Tom. III. de Relig. lib. V. cap. VII. Caltrpalpus Tom. III. tract. xvi. Molina Tom. III. disp. cclviii. Medina cod. de restitut. quæst. 111. Valentia 2. 2. disp. xv. quæst. vi. punct. 7. & alii. Quoniam, inquit, solutio debitorum præscripta est iure naturali, & divino. Ergo non extinguitur per ingressum in Religionem; cum ingressus ille opus consilii sit, non precepti. Et repleta filius nequit ingredi Religionem, patre indigente eius subsidio, quo sustentatur. Et incertum mancipium ingredi Religionem nequit, repugnante domino.

XXI. Recentia argumenta nullo modo delicti rationem S. Thomæ, quam iam addimus. Quoniam persona hominis liberi non est detritoribus obligata, sed tantum eiusdem bona. Ergo his sublati liber homo est, ut Religionem ingredi valeat. Utique adoratore homo tenetur, omnemque indolentiam adhibere ut fieri potens valeat ad debita solvenda: dummodo tamen grave periculum vel amittendæ libertatis, vel gravis iactura spiritualis subeunda non imminet. Longa autem remansio in seculo respectu hominis sincera vocatione impulsus ad proficiendam Religionem, suapte natura hoc inducit periculum, suamque libertatem graviter lædit.

XXII. Responso ad opposita argumenta obvia est, quando debitorum iure omnia debita est, solvendo fieri potest. Impossibilibus autem mortaliter reparatur quod fieri nequit abque detrimento propriæ libertatis, & salutis anime. Perperam obtrudunt filiorum paritas: quia istorum personæ, nedum bona, obligate parentibus sunt, ut *loc. cit.* docet S. Thomas, sicuti & personæ mancipiorum devinctæ dominis sunt. Alia levioris momenti obiciunt, nempe ex doctrina S. Thomæ consequi, etiam debitorum remanentes in seculo non teneri ad laborem, ut debita solvant. Quæ conclusio falsa est: nam laborare in seculo non lædit libertatem; neque periculum anime labor iste secum desert, sicuti impedimentum ingrediendæ Religionis.

XXIII. Opponunt etiam auctoritatem eiusdem S. Thomæ, qui *loc. cit.* inquit: *Si aliquis sit obligatus ut alieni rationem ponat, vel ut certum debitum reddat, non potest hoc licite præmittere, ut Religionem ingrediatur.*

Lo.

Loquitur hic Doctor sanctus de eo qui solvendo est, ut patet ex verbis quæ immediate præcedunt adductum textum: inquit enim: *Ille qui est obligatus ad aliquid certum, non potest illud licite præmittere facultate existente: & ideo si aliquis sit obligatus &c.* Accedit, argumentum quod sibi proponit solvendum Angelicus, esse de illis qui sunt publicis rationibus obligati, de quibus mox dicam. *Facultate itaque existente, ut Religionem ingrediatur.* Verum persona, inquit S. Doctor, est supra estimationem pecunie. Nec alicuius momenti est quod regeatur, ex hac doctrina consequi, posse quempiam in seculo manentem se addicere xenodochio alicui intervenienti pauperibus causa; & sic subterfugere debitorum solutionem. Nugæ hæc sunt. Quoniam qui xenodochiis interveniunt, in seculo morantur, nec aliquem novum statum suscipiunt, ut animarum pericula evitent. Qui virginem desolat sub spe matrimonii, personam, & libertatem suam obligat. Quare, ea desolata, nequit Religionem ingredi. Quæ omnia semper intelligenda sunt, fraude omni sublata: ut quando debitor, non causâ vitandæ restitutionis, sed severa se ad religionem vocatum divinitus experitur. Hæc autem in praxi raro revera contingunt.

XXIV. Disputant recentiores, tenentur ne Religiosis professus laborare, ut sua industria pecunias conquirat quibus debita contracta in seculo solvat? Adfirmant plures, adentes debere Prælatum dare licentiam subdito religioso in hunc finem. Alii negant, Prælatum astrictum esse ad hanc licentiam impertiendam: quia Prælatus nihil debet creditoribus. Plura hæc de re scribit Cardinalis de Lugo Tom. I. disput. xxi. sect. 6. Verum, omnibus missis, dico, admisso semel licito ingressu, & professione valida emissa, ad nihil amplius Religiosum teneri. Suam enim personam, industriam, talenta, & omnia Deo vi professionis suæ consecravit. Quare quidquid acquirit, Deo, & religioni acquirit: nihique in sua potestate retinet. Nec Prælatus, nisi Monasterium in acceptione candidati ante professionem se obligaverit ad solvenda eidem debita, impertiri licentiam debet, aut potest, ut labore pro debitis solvendis: quia Prælatus est purus administrator bonorum quæ Religiosi acquirunt: nec facultate potitur impertiendi Religiosis licentiam ut pecunias lucrentur, quibus satisfaciatur oneribus in seculo ante professionem contractis. Repugnant hæc omnia

professioni Regularium, & solemnium pauperum status voto.

XXV. Quæst. IV. *Quid ordinavit Sixtus V. & Clemens VIII. circa debita ingredientium Religionem?* Resp. Summus Pontifex Sixtus V. motu proprio anno MDLXXXV. ordinavit ne gravati alieno ere ad Religionem admittentur, nullatenus liborum professionem declaravit. Clemens VIII. revocavit alio motu proprio decretum Sixtini, ad invalidam dumtaxat professionem quod attinet; in ceteris vero ratum habuit. Sixti V. autem decretum non comprehendit Moniales, nec eos qui aut bona habent quibus succellive fore debita valent, aut sunt omnino impotentes ad solvendum. Eos ergo dumtaxat comprehendit qui, dilapidatis bonis in ludis, libidinibus, crapulis, non sunt in præsentia solvendi, erunt vero futuro tempore. Verum pluribus opus non est: quoniam singule Religiones, antequam candidatura ad Religionem admittant, hæc omnia præcavente mala, neminemque acceptant are alieno gravatum.

CAPUT XVI.

De compensatione occultæ. Probabilissimi peregrina inventa recensentur.

Fuse hæc dispexi controversiam Lib. IV. in septimum Decalog. mand. cap. vi. Ne actum agam, illic te remitto. Ancipectum me & ambiguum ibi reperis super licite occultæ compensationis viâ. Urgent ex una parte rationes quæ omnem occultam compensationem damnant; ex altera parte lat Theologorum, non Probabiliorum modo, verum etiam graviorum auctoritas. Promiseram tibi, ex inlicito, & iustus hæc controversiam hic me discursurum. At, ut ingenue fatear quod verum est, nihil novi excogitare potui, quæ propozite difficultati laudem affererem. Rationum impotentia quæ omnem occultam compensationem damnant, mihi læculta sunt, quæ dissolvere penitus ignoro. Ex altera parte auctoritas Theologorum non leve mihi fecisset negotium. Ut in re tanti momenti tuo incedas, monita quæ *loc. cit.* dedi, in memoriam revoco. Quandoquidem licet defendi absolute possit, licitam esse compensationem ius omnibus limitationibus munitam; tamen quia in praxi quomodo rarissime condiciones omnes servantur, idcirco perquam raro compensatio occultæ licita in praxi est, etiam iuxta communem sententiam. Quod itaque ad controversiam

exa.

examen pertinet, nihil in presentia addendum occurrit præter ea quæ loc. cit. dicta sunt. In presentia vero questionibus propono discutendas, quas invenit modis operandi a simplicitate evangelica alienis, ut Romana Sedes loquitur voce Alexandri VII. Dum modus iste probabilioris, in sua metaphysica abstractione innumerabilium distinctivularum prædicto oblectat, propugnatur, vix, ut alias adverti, deformitatem suam prodat. Verum dum illos verborum anfractus, & contra præregredietur, dum in lucem, & ad morum regulas inflectendos erumpit, tum, larva captivum posita, nativum vultum patefacit. Questiones ergo Probabilissimi velamine reatas, ipsorum Probabilitatum verbis referam, ne invidiam illis creare videar. Ex his colliges, quo usque Probabilissimus occulta compensationis doctrinam amplificaverit, dilataveritque.

II. Quæst. I. Petrus, cui delegatur legatum ei relictum ex testamento minus solemnem, potest ne occulta compensatione tantumdem scribere heredi ab intestato? Resp. Admittunt plures Probabilissimi, quos inter P. Lessius Lib. II. cap. XIX. dub. 3. ubi fuso calamo prius ostendere nititur, testamentum delictum conditionibus a iure positivo prescriptis validum esse; atque ideo in foro conscientie posse Petrum modicam compensationem occultam scribere Paulo heredi ab intestato, cui index iudicialiter hereditatem, tantumdem legati sibi reliquit. Hæc sunt verba P. Lessii num. 22. ubi in margine hæc præmittit. *Si index adiudicat heredi ab intestato. Deinde sic definit. Tertio, si heres ab intestato retinet hereditatem, & legata, possunt illi quibus aliquid per tale testamentum erat relictum, uti occulta compensatione: nam revera res erant ipsorum. Sylvester v. hereditas.*

III. Contraria opinio, quæ docet, testamentum minus solemnem, conditionibus a lege prescriptis carens, nullum esse, communior est. Quid inde? Audi. Potest Paulus heres ab intestato, vi istius opinionis probabilis uti compensatione occulta contra Petrum legatarium, possidentem bona ex testamento minus solemnem. Ne constare odium videar Probabilissimo, referam doctrinam P. Lessii, faventem tum legatario, tum heredi, verbis ipsius P. Viva, qui ita scribit in suo *Curf. theol. Tom. I. part. III. quæst. VI. art. 5. num. 12.* Tertio docent multi eum *Lessio cap. XIX. dub. 3. Molina, & Grados, & alii, quod qui ex testamento minus solemnem habere debet legatum, possit illud sibi retinere, vel compensationem*

facere, eo quod probabilis sit sententia, quod iure nature huiusmodi testamentum sit validum, atque adeo in foro conscientie debeantur legata in eo facta, quantumvis contraria opinio sit satis communis, & probabilis.

Quarto docet Lessius ibidem posse heredem ab intestato uti compensatione occultâ contra eum qui bona defuncti possidet ex testamento minus solemnem: quia probabilis est sententia, quod ea bona debeantur heredi ab intestato: cui opinioni potest et se conformare. Verba P. Lessii loc. cit. num. 30. hæc sunt. Tertio heres ab intestato potest illud retinere; & si alter possidet, repetere in iudicio. Quarto. Quod si non possit ob potentiam adversarii, uti potest occulta compensatione.

IX. Audistin miram efficacitatem modi operandi, qui irreplet, S. Sede dolente, in christianam Theologiam? Tam legatarius, quam heres, vi contrarie probabilitatis mutuo se furtis spoliare, seu compensare valent. Hæc pugnantia paradoxa non Auditoribus, qui pia intentione scripsere, sed ipsi opinandi modo, vel systemati, Christianorum moribus fano exitiolo, ascribenda sunt. Verum hæc duo quæ recentul, sunt prima contactaria præfati modi probabilitatis. Heinc enim veluti ex primis furculis, alii rami & propagines conlequantur; idcirco alia quaestio proponitur.

V. Quæst. II. Ad licitam compensationem sat ne est debitum esse tantum probabilis? Resp. P. Diana Tom. VI. tract. III. resol. 149. ut resolvenda huic quaestioni viam sibi præret, in medium adducit supra descriptam doctrinam P. Lessii his verbis. *Qui ex testamento minus solemnem legatum debet habere, cum sit opinio probabilis deberi in foro conscientie ea legata, licet sit satis communis & probabilis contraria, potest tamen legatum retinere, vel de novo accipere, aut occulte compensare, ut fateatur Grados, Molina, Lessius, & alii, dicit, heredem ab intestato posse etiam uti compensatione occulta contra eum qui bona defuncti possidet ex testamento minus solemnem. Quia contrariam etiam sententiam probabilis est, cui se potest conformare.*

VI. Quis non manibus tangit, quam iniuste sint quorundam Probabilissimum lamentationes, quibus vociferantur apud vulgus, nos acris quam par sit, probabilitatum modum opinandi infectari? An hæc opinioniones quæ mutuis furtibus, fraudibus, rapinis viam aperunt latitudinem, seipsum horrorem non ingerant? Porro ex his opinionibus alia contactaria

contactaria colligunt alii. Nolo mihi fidei adhibeas. Audi P. Dianam, qui loc. cit. proponit hæc quaestionem. *An in compensatione occulta faciendum debitum debeat esse liquidum & certum.* Et recentis aliis opinionibus pro sententia quæ negat debitum debere esse liquidum & certum, sed fat esse quod sit probabilis, hæc scribit num. 4.

VII. Ex his Eminentissimus Cardinalis de Lugo propositam quaestionem late pertractat Tom. I. de iust. disp. XVI. sec. 5. a num. 94. usque ad num. 107. & negatissimum valde cum distinctivibus ab ipso adductis validæ, & doctæ, ut semper solet, firmare conatur. Afferit itaque, quod quando opinio probabilis æque, vel probabilior favet creditoribus volentibus facere compensationem, quæ versatur non circa factum, sed circa ius, videtur probabilis quod possit creditor, antequam res ad iudicium deducatur, positus in aliis conditionibus ad licitam compensationem supra requisitis, sibi compensare occulte suum debitum. Hinc conclusionem probare videtur argumenta supra facta, & exempla supra adducta, in quibus exemplis Auditoribus ipsi compensationem admittunt; cum tamen in iis præcedat solum opinio probabilis, ut in compensatione pecunie pro fama ablata, & in legatario, vel herede ex testamento minus solemnem, & similibus. Ratio enim supra adducta videtur probare, quia in prædicto casu, non obtinente possessione debitoris, index proferret sententiam, vel certe proferre posset pro creditore, amplectendo sententiam probabilis, vel probabiliorem, quæ ipsi favoreat. Item quando affert pro le bono doctores, certificant quod in his circumstantiis iura ei favent, & reus debet condemnari, iam ostendit iuxta illorum doctrinam sententiam, causam suam non esse parem, sed meliorem quam sit causa rei. Cur ergo implemet creditor, quando sine incommodo gravi non potest ad iudicium currere, non poterit amplecti eandem sententiam quam index amplecti debuit, vel potuisset, & compensare sibi debitum?

VIII. Quam sit doctrina hæc communi nature sensui repugnans, & humane societati exitiolo, nemo non videt. Debitum incertum est, & solo probabilitatis colore vestitum; & hæc probabilitatis coloris vestitum certum, compensationis fuso testum, perpetrare valet? Quamnam comparatio, quamnam proportio certi cum incerto? Obviam oppositionem sentiunt vel ipsi Probabilitatis patroni istius opinionis. Sed hoc præbent ref-

Conc. Theol. Tom. VII.

ponium, quod his verbis continuo præbet P. Diana num. 5.

IX. Nec obstat quod iniquum videtur, debitum certum cum debito incerto compensare: qui autem aliquid habet probabiliter, quod ipsi aliquid Petrus debeat, qui ipse tantum certo debeat, si compensatione utatur, videtur iam debitum certum cum incerto compensare; atque ideo solutio certa debitum incertum extinguere? Respondetur, hoc idem argumentum, si aliquid probat, probare non solum contra compensationem, sed etiam contra solutionem, quod scilicet habens ius solum probabile ad petendam rem sibi debitam, non potest petere, nec accipere illam a debitore: quia tunc etiam iniquum esset solutionem incertam & integram, ac rem certam pro debito incerto petere. Unde neque in iudicio liceret unquam agere, nisi cum evidenti iure. Sicut ergo licet uti petere debitum probabile, & a debitore solvite accipere; sic licet uti cum probabilitate proxima, de qua locuti sumus, facere compensationem, & accipere rem certam. Ratio, autem in utroque casu eadem est, quod scilicet rationes illæ probabiles, auctoritas Doctorum, & opinio illa, licet in se sit probabilis, non tamen habet pro obiecto probabilitatem, sed solutionem, vel compensationem certam: non enim dicitur debere, vel posse fieri solutionem, vel compensationem probabilem, sed probabiliter dicitur debere, vel posse fieri solutionem, vel compensationem certam, quod sufficit ad illam petendam, vel faciendam, sicut in aliis materiis. Sic enim opinio probabilis circa ieiunium, vel circa Officii recitationem facit quod possit sumere cibum non probabilem, sed certum, & ponere omisionem certam Officii divini. Ratio vero ortur ex principio supra posito, quod ad operationem licitam sufficit probabilitas proxima, quæ probabiliter iudicas licitum esse taliter operari. Cum ergo habeas probabilitatem proximam, quæ probabiliter iudicas te habere hic & nunc ius ad tantam pecuniam summam, totam illam poteris accipere: quia non potest esse ius ad illam accipiendam, nisi sit ius ad illam certo accipiendam.

Et hæc omnia, & plura alia pro hæc firmanda sententia adducit ubi supra Eminentissimus Cardinalis de Lugo; licet postea in fine num. 106. ab ultimo iudicio circa illam ablineat.

X. Prolixa sunt quæ transcripsi, sed ad H pro-

rum de Lugo, Trullenchii, Villalobosii, Maldar, Diani. Hi ne, aut his similes, tante auctoritatis, ut in illorum obsequium renuntiare sensui communi debeamus? Erravit illi, ad hoc quod attinet, licet errare ceteri valent homines. Eorum num ego, alii meos corrigent lapsus: quod ut praestet, & quidem severissime, enixe rogo, atque obtestor. Eidem quippe mensurae qua metimus alios, libentissime lubere cupimus, ut alias saepe dixi, & saepe repetam.

XIX. Ceteram recensita paradoxa non jam doctis viris, quam modo opinandi probabilissimo tribuenda sunt. Si Aristoteles, si Plato, si Socrates, si sapientum sapientissimi modo probabilissimo ratiocinati fuissent, similia peperissent paradoxa. Non est quod Salmanticenses dicant, doctissimos iuniores arcanas habuisse rationes, quae nos lateant. Phantasmata haec sunt, quae, mea sententia, doctrinae theologiae Transactores haud decet. Quod subdunt laudati Salmanticenses loc. cit. num. 325. ex Magistro Prado, licitam esse compensationem, quando probabilius est rem esse debitam; minus quidem absurdum est, at non propterea admitti debet. Dum Theologi docent, debere certum esse debitum, ut compensationi lubaceat, certitudinem intelligunt quae in disputationem adduci nequeat. Quando in utramque partem disputatur utrum aliquid mihi debeat, licet probabiliores rationes mihi faveant, non inde sequitur me certitudinem ad compensationem habere necessariam. Quoniam, ut dixi, exorta disputatio aleam sit necesse est, creditum illud cuius uti compensationem valeam, mihi deberi. Utrique iudex secundum sententiam probabiliorum ad iudicare rem mihi valet. Quid inde? Propterea ego iudex in propria causa fidebor. Index liber praesumitur ab his affectibus quibus ego in causa propria obnoxiosum. Haec animi cupiditates probabilior praesentate valent rem mihi deberi; alteri vero oppositis affectibus lubido, minus probabile id offendit. Idcirco paritas iudicis, qui potest secundum magis probabilem iudicare, perperam adducitur, ut idem ego in causa propria iudicare valeam.

XX. Quaest. V. Potest ne quis in compensationem accipere rem quam debitor dono misit ad alium? Resp. Hanc quaestionem insinuat P. Vasquez opus. de rest. cap. v. §. 1. dicitur, num. 4. Et opinionem affirmativam defendit: quia, inquit, licet nequeat per vim, & fraudem impedire donationem quam Petrus facere Paulo vult; tamen non propter

ea impeditur ut iure tuo. Uteris autem iure tuo, dum occulte surripis quod est sub dominio debitoris tui. Porro res dono destinata est donantis ante acceptationem donarii. Addit enim P. Vasquez, te surripere posse rem dono missam Paulo ante, non post acceptationem. Hanc opinionem recensit, ut patet, quomodo peccatum iura compensationis amplificatur. Nec tempus tero in illa restellenda. Compensatio enim quae in aliquo raro casu licita esse potest, debet a damno tertii immunis esse. Licet autem ante acceptationem Paulus non habeat ius ad rem; ius tamen habet ne alter impediatur bonum sibi faciendum a donante. Quare si compensatio facienda esset, alia bona accipi deberent. Quid, si gravissima esset creditoris necessitas, & alia compensandi via non pateret? Necessitas extrema legem non habet. In communibus vero necessitatibus perquam raro occurrunt omnes conditiones ad iuliam compensationem necessariae.

XXI. Quaest. IV. Potes ne accipere in compensationem pecuniam quam Petrus misit Paulo in solutionem debiti? Resp. Quaestionem veriat Cardinalis de Lugo, vir acutus, & doctus, qui sua ingenii subtilitate non raro probabiliores velo aequo molliores opiniones tegit. Adfirmat ergo, te posse accipere hanc pecuniam a Petro missam Paulo ad debitum solvendum. Quoniam (inquit Tom. I. de iust. disp. xvi. sect. 6. num. 111.) licet P. Sanchez Lib. IX. de matrim. disp. iv. colligatur oppositum. Signidem pecunia facta, antequam perveniat in manus Pauli, est sub dominio Petri, ergo accipere iure valet; uteris quippe iure tuo. Fatetur tamen Lugo, te debere indemnem reddere Paulum, si potes. Haec opinio omnia iura pervertit, & fraudibus, ac violentia viam aperit; ideo reicienda.

XXII. Quaest. VII. An qui se obligavit ad debiti solutionem sub iuramento, possit sui compensationem, non solvendo debitum? Resp. Causa est, inquit P. Diana ref. 157. Tom. VI. tract. 111. quotidianus. Adhuc? Quod debitorum, iuramento dato solvendi debitum, utantur compensatione sine metu periculi est quotidianum. Tres circa illud, lubidus, inventio sententias. Prima insat. Secunda sententia affirmat: & ideo adhibet iuramentum solvere pecuniam, posse compensare sine metu periculi. Tertia distinguit. Quid ego sentiam, dicam breviter. Omnes istas tres opiniones existimo probabilis. Vin amplius Via dicitur

Et apponitur, quatum una tendit ad septentrionem, altera ad meridiem, tertia ad occidentem, vi Probabilissimi reflexi omnes ducunt ad orientem. P. Molina Tom. II. disp. 56. Cardinalis de Lugo loc. cit. num. 117. tertiam amplectuntur opinionem, distinguentes. Si promissum non uti compensationem, addito iuramento solvendi debitum, non potest compensationem uti; si vero absolute iurati te solvendum debitum, uti patet eius compensationem. Quandoquidem, inquit Eminentiissimus de Lugo, licet iuramentum additum promissioni novum obligationis vinculum inducat, non tamen confirmat promissionem; ergo ad id solum obligat quod erat obiectum promissionis. Promissio autem solvendi obiectum compensationem. Nam qui compensat, vult solvi. Perge ergo. Ergo qui compensat, dat? Quis furatur, restituit? Feni-tia haec videtur, si vim dialectice spectes: si sacrosancti iurandi religionem consideres, paradoxa licet mihi apparent. Executio promissionis veritas est, cum materia iuramenti promissorii: ergo quoties hanc subtrahis materiam, seu veritatem, perius evadit. Quare non modo in iulitiam, verum etiam in religionem peccat compensator iste.

XXIII. Quaest. VIII. Utrum valeat uti compensationem praesenti pro debito futuro? Respond. Quae, ne mihi luceant, quod paradoxa nimis inaudita disputanda proponam. Nam docti iuniores acriter de hac re disputant. Cardinalis de Lugo loc. cit. sect. 5. num. 93. haec scribit. „Aliquando tenent licere creditori prevenire, & compensare sibi nunc pro eo quod Petrus nondum debet, licet debebit post mensem v. g. & prout creditor timet non sibi solvendum: affirmat Tannerus 2. 2. disp. 1v. §. quae. vi. dub. 14. num. 406. Diana ref. xlviii. “ P. Diana letatur, quod a tanto Cardinali in suffragium probabilitatis adducta sit propria auctoritas: quare in nova sua editione Tom. VI. tract. 111. ref. 150. num. 5. hanc opinionem secundis curis recognoscens, scribit: Ita ego olim docui, & novissime me citato, docet Eminentiissimus de Lugo, & etiam, me citato, Machadus. Magnam vim probabilitatis deprehendit P. Diana in Tom. VI. citato. Cardinalis de Lugo ponit contra suam opinionem auctoritatem desumptam ex ff. de comp. l. Cui militi, §. ult. Verum hoc ad forum externum pertinere avertit, inquit. Ceterum, quidquid sit de foro extero, in quo lex illa procederet.

Conc. Theol. Tom. VII.

videtur, in foro interno probabilis videtur sententia illorum Doctorum, ut possit creditor compensare sibi ante tempus pro debito FUTURO, duplici conditione posita. Prima conditio est, quod, si ad anticipatam solutionem aliquid emens damnum, aut lucrum cessans adveniat debitori, teneatur compensator relaxare. Altera, quod periculum fit morale, debitorem non solviturum debitum.

XXIV. Paradoxon illud pro ceteris aliis luculentius patefacit, quam sit humane societatis existitibus Probabilissimus. Etiam pro futuro debito praesentata compensatio licita est? Cuiam haec venisset in mentem, nisi iuniores Probabiliter eadem excogitarent? Nulla itaque earum effiacior confutatio quam eorumdem sincera expositio. Erant qui docti sint, nos acro sileo aliorum opiniones carere. At ipso fore ut sapientes omnes qui harum opinionum absurditatem experierint, responderi sint, nos mississima oratione veritatis causam orare. Sed ultra pergamus.

XXV. Quaest. IX. An qui pro occultam compensationem sibi compensat, possit iurare se nihil accepisse? Resp. Adfirmat Probabilissimus plures. Brevitatis gratia transcribam verba P. Tamburini, qui haec scribit Lib. VIII. tract. 11. cap. v. §. 1. num. 1. „Non esse in conscientia furem, nec peccare, nec in excommunicationem incidere, quae forte sit contra furantes imposita, & posse iurare eam cum iudice mihi accepisse, intelligendo, quod sibi non deberetur, certum iam hodie est apud omnes, etiam si, res quam usurpat, fuerit ipsi in depositum, a debitor consignata. Vide Molinam, Lessium, de Lugo, alioque modo citandos, quibus adde Dicaflum. “ P. Tamburinus Probabilita ingenius est. Suas opiniones candide promit. Fateur recensitam opinionem hodie esse certam penes Probabilissimos plures quos citat. Ab initio autem non fuit sic. Et quia nos doctrinas quas ab initio Christianus Dominus docuit amplectimur: ideo reitius istam quam hodie, seu nudius tertius excogitavit Theologi iuniores. Iurare sensibile accepisse potest vir Christianus qui recipit accepit? In caritatem ne peccabimus, si has opiniones scandali plenas esse dixerimus?

XXVI. Quaest. X. Utra via famuli compensationem uti possunt post damnatam propositionem? Resp. Summus Pontifex Innocentius XI. inter propositiones proferptas quas hodie novus opinandi modus invenit, hanc damnavit: Famuli, & famulae domesticae possunt occulte heris suis surripere ad compen-

fundam operam suam, quam maiorem iudicant salario quod recipiant. P. Didacus de la Fuente Hurtado *disser.* xxiii. *cap.* 1. plurimos exponit casus, & difficultates quibus obnoxia est hac propositio, & postea *num.* 5. hic inquit, "Hac omnia demonstrant, quam consule, & indigeste illa propositio fuerit tradita tunc diversis casus comprehendens pari regula, cum sint valde disparibus; & quantis adhaerentibus, limitationibus, fuscisque indicat, ut ad proximam fecere revocetur. " Si his loquendi formulis quas hic Probabilista adversus S. Sedem adhibet, nos adversus Probabilistas uteremur, acrimonia, & mordacitatis nos potulerent reos. Quid? Indigeste proposita fuit opinio haec? Indigestam ergo consulamque sententiam damnavit Innocentius XI.? Nihil ergo Pontifex damnavit. Scilicet, inquit, quoniam nemo Probabilitarum, subdunt, hic indigestam docuit sententiam. Qui ergo illam docere? Abissini, Ethiopes, Perse, Sinenes?"

XXVII. P. Dominicus Viva in *Trat. Theolog.* in hac *prop.* 37. *num.* 7. haec scribit, "Quod in hac Thesi prohibetur, est, posse famulos occulte compensare id quod ipsi indicant ex iustitia sibi deberi in salariam." Idcirco ad occultam hanc compensationem faciendam requiritur iudicium, viri docti simul & periti. " At quis Confessarius, vel Casuistam non doctus, non peritus? Abiit ut aliquem unum indocum, importunave pronunties. Ut maledicium te, & detractorem improperandum propinabunt. Experi loquimur. Iudicium ergo Confessarii docti & periti fat est ad famulorum licitam compensationem? Confessarii ergo, & Casuistae periti iudices sunt, destinati ad definienda pretia famulis debita? Isti sunt iudices infirmi ad transferenda limitum bona, istdem infirmis? Periti & docti Confessarii iudicium, sententiamque pronuntiant iuxta ea quae famuli, & famulae representant. Exaggerant isti labores, operas, & indultus suas. Si iniuncta est famulorum narratio; iusta ne erit Confessarii sententia? Nequeunt famuli esse iusti iudices. Ergo neque iusti testes, ad quorum expositionem proferre Confessarius sententiam debeat, parte altera inaudita. Neque enim ex alii principis peritus doctusque Confessarius formare iudicium suum valet quam ex narratione famulorum. Ergo vii rationi eadem est opinio P. Prusa, ac damnata a Pontifice. Est quam veram sit plures iuniores Probabilistas aut dela-

dere, aut extenuare pontificia decreta, XXVIII. *Quaest.* XI. *An famuli queant uti compensatione, si plus laboris impendant quam conventionem cum dominis sit?* Respond. Domini conducunt famulos saepe pro hac aliove servitio. Ceteroquin in pluribus occupari solent qui in contractu expressa non sunt. *Salmanticenses* haec de re sic scribunt *tract.* xiii. *cap.* 1. *punct.* 10. §. 2. *num.* 316. " Similiter si dominus occupat famulam vel alius horis, vel in alii ministeris quam conventum est, potest famulus uti compensatione, si a domino id non compensatur: quia illud obsequium est pretio exlimabile, ad quod famulus ex vi conventionis non obligatur. *Navarra cap.* xvii. & *Catropalaus num.* 8. " Haec opinio non minus falsa est quam loquens.

XXIX. *Quaest.* XII. *Officiales qui minoris iusto opera sua locant, possunt ne compensatione uti?* Resp. Communis praxertus, & fucus quo officiales, sive famuli qui inserviunt dominis, Magnatibus, Principibus, supra compensationis titulo honestant, est pactio stipendi minoris aequo stipulati ob necessitatem. Maiori stipendio digna esse opera sua pro certo habent. Si quaras, cur conveniant cum dominis de minori pretio: respondent: Inopia, necessitas, timor amittendae occasio, & alia id genus ad consentiendum pretio iusto minori non coegere. Quid ad haec Casuistae? Respondet his verbis P. Patritius Sporer *Tom. II. tract.* v. in 7. *precept.* *Decalog.* *cap.* v. *sect.* 3. §. 4. *num.* 83. " Famulus, vel officialis qui ob errorem, & necessitatem, vel aliam similem causam operam suam minoris iusto locavit, quia saltem secundum quid involuntarius fuit, adeoque animum donandi non habuit, potest erit defectum stipendii iure exigere; & si aliter habere nequeat, occulto compensatione uti. Et dominus sibi impet. " Ambae duae opiniones quas recensui, falsae sunt, & in propositione damnata, ut mihi quidem videtur, evidenter continentur. Eas in medium adduxi, ut ab eisdem incautus lector caveat. *Involuntarium secundum quid* lat est ad iustam compensationem? Frequentissime servi, officiales, ministri, locantes operas suas, illas maiori convento pretio dignas reputant; sed egestate preffu consentiunt in pactum pretium. Vix unum invenies qui quadam animi repugnancia in pretio stipulati quantitatem non consentiat. Si ergo involuntarium secundum quid lat est ad iustam compensationem; vix officialis, minister, aut famulus foret qui uti licite

cite compensatione non posset. Sed facilius est medio Christianorum hac Casuistarum doctrina, simileque exultant opiniones, ab Ecclesia reipia proscriptae.

XXX. *Quaest.* XIII. *Ministri, famuli, officiales, exigunt stipendio contenti, ad dominum gratiam obtinendam ad consequenda beneficia uti ne compensatione valeant, si domini negligant istdem patrocinari?* Resp. Melius inserviant Episcopis, Magnatibus, Cardinalibus, Principibus spe obtinendi eorumdem favore & patrocinio pensiones, gradus, beneficia: & ob hanc ipem contenti sunt minori stipendio. Disputant iuniores Casuistae, num si domini negligent favorem illis praestare, queant ministri, seu famuli tantumdem accipere pecunia titulo compensationis. P. Mattheus Moya *Tom. II. select.* *Cog. tract.* vi. *Misc. disp.* iv. *quaest.* 111. *referet Doctorem Garsi* sic loquentem. " Quando famulus nihil petit stipendii, immo expresse resipit in suo corde omnem intentionem petendi, & servit sperans a domino aliquod officium, vel beneficium sibi procurandum; quando dominus id procuraverit, etsi nihil obtulerit, non potest quidem petere, vel compensari. Si vero dominus nihil procuraverit, quia vitandae labis sineonice causa procurare noluist, aut ob alias causas, potest petere stipendium more patrie consuetudinis, & si non det, licite sibi consulat honesta compensatione. Ita *Lessius cap.* llo *xxiv. dub.* 4. *num.* 26. prope finem. " Secunda pars probatur: quia etsi habuerit intentionem non petendi quidquam, tamen cum ea intentio non sit votum, per eam non ademit sibi potestatem acquirendi: id ad quod ius habet. " Opinio isthaec adeo laxa est, ut nec ipsi P. Moya ardeat. Quid enim concepti absurdus valet quam quod spes famulorum inducat in dominis debitum iustitiae procurandi istdem beneficium? Modus opinandi probabilissimus huc malorum tradit, ut ex sola spe aliquid obtinendi vi alterius patrocinii ius oriatur compensationis. Sed quid in absurda resellenda opinione tempus prodigat?

XXXI. *Quaest.* XIV. *An in debitis ex iustitia dari possit compensatio cum bonis, vel obsequiis gratuitis?* Resp. Hanc quaestionem proposuit P. Diana *loc. cit. resol.* 152. & respondit affirmative. " Quando volui (inquit), cum dono gratuito satisfacere obligationibus ex iustitia, quas debere sciebam. Sed difficultas est, an quando praebui donum, vel obsequium, ignorabam debitum ex iustitia, an possim tunc facere compensationem? Et affirmativam sententiam probabilem esse putat ex *Rodriguez Egidius Trullench, in Decal. Tom. II. Lib. VII. cap.* 19. *dub.* 5. ubi sic avertit. Ego debui tibi ex iustitia centum aureos, & postea gratis praestavi obsequium eiusdem valoris: aut aequivalens tibi confere titulo donationis: manebit ne exemptus ab obligatione iustitiae? Respondeo, si quando contuli illud donum, etiam memor obligationis ex iustitia, & nolui per illam rem, seu donum obligationi ex iustitia satisfacere, sed gratias rem illam praestare, certum est me non satisfecisse obligationi ex iustitia; nec posse postea uti compensatione: quia res illa scienter fuit gratis donata, & liberaliter. Quid si quando contulit obsequium, ignoraverit debitum ex iustitia? *Rodriguez in Summa Part. II. cap.* xlix. *concl.* 2. non improbabiler avertit, postea, quando debiti ex iustitia recordatur, posse facere compensationem per rem illam donatam cum tali ignorantia: quia praestavit mirum quod non tulisset tam liberalis, si debiti fuisset memor. At *Sanchez Lib. I. in oper. moral. cap.* xiii. *num.* 11. & cum aliis Bonacina probabilibus censent contrarium. . . . Nihilominus tamen, ut dixi, sententia *Rodriguez* non est improbabilis, cui favet *Layman* citatus a nobis, *Huenicio Trullenchus*. " XXXII. Haec totidem verbis referre volui ex Diana, qui lectionum arbitrio eligendam, beneficium Probabilissimi, tam laxam proponit opinionem. At Probabilitarum plures buccinabant, nos non posse similes opiniones detestari, quia libere disputatur inter Catholicos. Verum nos pro Catholicorum honore pugnantem, dicimus, haec esse opinionem portenta, quae modus opinandi probabiliter, non improbabiler, minus probabile, magis probabile in dies parturit, quaeque docti Catholicos omnes improbant. Quid malum monstrifolius excogitari valet? Favorem, gratiam, obsequium quis impertit, etiam immemor debiti centum aureorum; praestitit obsequio recordatur illius debiti: & tunc potest subliterare hoc obsequium pro debiti solutione? Potest hoc debitum ex iustitia gratuito obsequio compensare? Quod scandalum non subirent ingenij Christiani, haec si recitent?"

XXXIII. *Quaest.* XV. *An compensatio sit valida in foro conscientiae, etiamsi adhiberent credidit anteriores?* Resp. Causa ille, inquit P. Diana, multum practica bilis est: & multi docti

docti viri negative respondent. Sed ego, subdit, contrarium sententiam probabiliter exilimo, etiam debitor possidet rem in compensationem accipiendam iure depositi. Quia, inquit, lex quae vetat accipere depositum, forum externum spectat, secus internum. Verum hæc opinio communiter improbat ut ab ipso de Lugo. Quia creditor qui servat depositum debitoris, nullo titulo fruatur, cuius gratia preferri ceteris creditoribus anterioribus debeat. Nam ei non faveat titulus possessionis: quia deposita non possidet nomine suo, sed nomine debitoris. Ergo nullus occurrit titulus cur antelater ceteris creditoribus, possitque cum eorum damno compensatione uti.

XXXIV. Quæst. XVI. An compensatio occulta locum habeat in celebratione Missarum? Resp. Sacerdos celebravit decem Missas iussu Petri pecunia credita. Petrus, debito non solvato offert elemosinam pro aliis decem Missis. Potest Sacerdos sibi retinere hoc stipendium pro compensatione non soluti debiti, & alias Missas non celebrare. Ita docet P. Viva Tom. 1. part. 111. quæst. vi. art. 3. num. 9. ubi citat Tamburinum, & Peierinum; dummodo tamen vietur damnatum tergi, videlicet animæ purgantur, aut infirmi. Si enim pro illis Missis petantur, & non pro ipso debitor, non videtur id licere: quidquid dicat, inquit Viva, P. Fuentè Hurtado. Ille Hurtado celebris Probabilista est, qui & ipse valde extenuare sudet damnationem propositionum. Porro ea scribit de compensatione occulta faciendâ a Sacerdotibus pro non soluti elemosynis, quo factus iudico silentio præterire quam confutatione redarguere. Raro, immo rarissime, & vix unquam in aliis contractibus licita est occulta compensatio. In Missarum celebratione, diminuendo Missas celebrandas, nunquam admittenda. Ad hoc sancta, & sublimis est illius & mysterii, & ministerii sanctitas, ut quantumque fraudis speciem detestatur.

XXXV. Quæst. XVII. An famulus Principis, cui iura stipendium delatorum hordeum pro suo equo, valeat hordeum accipere, dum equum non habet? Resp. Hanc questionem proponit Cardinalis de Lugo disp. xv. sect. 5. n. 82. & narrat affirmativè respondentem esse a multis Magistris Salmanticensibus. Ecur hoc? Quia inquit Magistri Salmanticenses, hordeum non videbatur dari cum obligatione habendi equum, sed ut possit habere equum. Hæc non presumptio rationabilis? Principes bellicè ducibus stipendia dari pro tot militibus, non ut illos habeant, sed ut pos-

set habere? Pecunie ergo, non milites pugnabant?

XXXVI. Quæst. XVIII. An factores magistris valeant retinere fragmenta vestium in compensationem maioris stipendii sibi debiti? Resp. Adfirmant P. Thomas Sanchez Lib. 1. constit. cap. vii. dub. 2. num. 4. & Cardinalis de Lugo disp. xvi. sect. 5. num. 84. Quia addunt, hæc fragmenta retineri a magistris factoribus possunt, non modo quando iura parva sunt, ut domini pro derelictis eadem habeant, nolintque illa sibi restitui; verum etiam quando sunt maioris valoris. Ratio est, inquit Cardinalis de Lugo, quia factores timorata conscientia testantur, minus iusto esse pretium quod a dominis solvitur. Nec obstat, subdit agens Cardinalis, hinc sequi, quoslibet famulos posse uti compensatione titulo stipendii maioris iusto illis soluti. Quoniam sunt aliqui contractus in quibus pretium, alioquin iniustum, insititque propter aliquam conditionem quæ communiter inest illis contractibus, prout committitur sunt. Domini sciunt teneri communiter a factoribus fragmenta illa: idcirco diminutum pretium solvunt. Quod non contingit in aliis contractibus famulorum. Consideranda tamen experientia est, & conscientia factorum. Hæc est doctrina Sanchez, Lugo, & aliorum.

XXXVII. Hæc sententia falla est, & ut ego quidem arbitror, in demata famulorum propositione contenta. Fundamentum cui innititur, commentitium. Domini scientes a magistris factoribus fragmenta retineri, pretium diminuunt; Domini ergo sponte constituunt factores iusti pretii solvendi pro vestium officio iudicis & arbitri? Præsens non prouderet hoc potest? Ex doctrina Sanchez, Lugo, & aliorum inquit presumendum esse, omnes dominos, & omnes venditores minus pretium taxare, ut servi, officiales, emptoreque pro arbitrio illud ad iustam normam augeant. Rationalis non presumendum hæc? Quantumvis timorata conscientia factores supponantur, semper tamen iusta cupiditas pretium ultra æquitatis confinia augere sudet. Nemo unus dominorum, factorum arbitrio pretii taxationem remittere intendit. Magistri factores nolunt se habere pretii quantitatem defixitè a dominis; & domini libere consentiunt ut factores hæc pretii quantitatem constituant? Nulla vel levis coniectura occurrit, que id præsumendi fundamentum præbeat. Quare ut saltem prælatam rectissimè sententiam.

XXXVIII. Quæst. XIX. Famuli factores possunt ne furari iura magistris factoribus partem

tem fragmentorum in compensationem exigua mercedis? Resp. Negant Sanchezus, & Villobosus: quia illud stipendium reputari iustum debet quod communiter dari solet. Si famuli inveniunt apud aliquos magistris factores maius pretium possent, profecto his iustas locarent operas. Verum Eminentiſſimus de Lugo hos Actores minus sibi constare merito asserti loc. cit. num. 85. Quid? Magistri factores uti compensatione possunt, quia minus iusto pretium solvi a dominis solet. Ecur idem præsumi in factorum famulis non debet? Cur similes prudentis presumptionis in famulorum favore coniectura occurrere nequeunt? Quemadmodum enim domini minus pretium solvere magistris factoribus solent, quod fiant retinenda ab illis esse fragmenta in compensationem iusti pretii; sic magistris factores minus iusto pretium famulis suis solvunt, scientes quod illi retineant partem fragmentorum compensationis titulo. Quis hoc inficias iurati? Quare cum Lugo alterius minus sibi in factores compensationis beneficium famulis factoribus, illudque concedentes magistris factoribus. Verum & concedentes famulis Cardinale de Lugo eodem, & adversus Cardinalem de Lugo eadem, tam in primo, quam in secundo casu inistam esse quantumque occultam compensationem. Furti rei sunt tum magistris, tum famuli factores retinentes dominorum fragmenta.

XXXIX. At, inquit benigni iuniores, compensationes factorum frequentissimæ sunt. Accedunt illi ad Confessarios, se de his fragmentis acceptis acculantes. Nullam emendationis propositum experimento inveterata consuetudinis, nullam restitutionis factiendi animam deprehendunt ex una parte Confessarii; ex altera vident fragmenta victoris pretii haud esse, quæ pro derelictis a domino habeantur; immo tanti esse valoris agnoscunt, ut domini pro reficiendis vestibus habere eadem vellet. Quid quod factores passim consulant, curantque dominos aliquos palmos, vel alias panni non necessarii tenere, ut compensandi sibi materiam habeant? His pressi angustis docti Confessarii que verent? Cui vix insistent? Si magistris, vel famulos factores ad abstinendum in posterum a futuris fortis, & ad restituenda ablata adigant, denegentque absolutioem, nil hæc restituere parati sint, in desperationis baratrum tradunt miseris magistris factores cum suis famulis. Si absolutioem beneficium impertiant, sacrilegis tum poenitentes, tum facti ministri inquinantur.

Quid ergo asendum? Ad inferna nedamnamus tum Confessarios, tum poenitentes omnes? Hæc tunc amoris proprii præiudicium, & terculamentum. Prævidebat Deus a paucis servandum fore legem suam: propterea ne eundem lasavit rigorem? Sartorum aliquos hac de re examinavi ipse, qui mihi testati sunt, plurimos quosque sue artis eiusmodi deperperare furta, compensationis velo testata; scelus illos qui vere Christiani sunt, & suæ æternæ salutis sinceri amatores. Si isti, cur non illi abstinere ad eiusmodi furtis poenitentiam, artifices, mercatores, officiales, ministri, & communitur omnes qui civile committunt, & communitur omnes qui compensationis mercium exercent, occultæ compensationis allegare pretextum solent. Si his, cur non illis licita compensatio erit? Quapropter, ut paucis rem totam concludam, horum nemini permittenda compensatio est ob iniuriam poenitentem. Omnes quippe non coacti, sed spontanei locant operas suas, tum magistris, tum famulis factores, pacto pretio. Si hoc iusto minus est, cur contractum inveniunt? Quia nolunt domini iustum proolvere pretium? Cogentur ad iustum pretium, quando factores reculantur velles conficere. At, si ego recto locare operam, centum occurrunt qui levissimo pretio locant operas suas. Excusatio hæc ineptissima est. Namquid quæ alii fures esse volunt, tu quoque latro esse vis? Non debet duplicem divinam providentiam, si ob iniuriam servandum rebus iniustum pretium. Immo quo maior erit æquitatis tuæ fama, eo plures ad officium suum concurrent.

XL. Quæst. XX. An non solum in pecuniis, sed etiam in sanctæ restitutionis compensatione licita sit? Resp. Caius, & Sempronius mutuo se infamantur. Caius restituit lesam Sempronii famam renuit. Porerit ne Sempronius omittere restitutionem fame faciendam Caius, atque adde compensationem uti? Disputant in utraque partem docti iuniores. Negant illi, adfirmant isti. P. Lessius sic respondet Lib. II. cap. xi. dub. 25. num. 133. Si tu alium iniuste infamasti, qui te ante infamaverat, non teneris ei ad restitutionem, si ipse tibi restituitur non; sed potes uti compensatione, servata tamen æqualitate, quantum fieri potest. Si ergo Caius perlit in oblatione non restituerit lesam famam, Sempronius in eadem poterit improbatè perleverare? Non debent ergo hi duo infamatores mutuo se a more amplecti, ut saltem assentiantur? Evangelica ne doctrina isthæc? Quis dixit, istos infamatores se vicissim amare, utque dum noluit mutuo lesam famam sibi restituere?

re? Et quia unus oblatore renuit restitutionem exequi, ideo alter idem poterit agere? Aut ego nihil capio, aut Evangelio repugnat opinio hæc. Servanda est æqualitas, quantum fieri potest? Plus, minusve nonne? Si fieri nequit ut servetur hæc æqualitas, non propterea omitenda compensatio erit iuxta hanc opinionem. Difficillimum autem est æqualitatem servari, potissimum dum infamatio est in delictis diversi generis. Porro inquit P. Viva III. Part. quest. vi. art. 3. *Nonnulli Doctores volunt etiam in delictis diversi generis vicium esse compensationem.* Hæc omnia non relictimus.

XII. Quæst. XXI. *Utrum compensari infamia possit occulta pecuniarum retentione, vel surreptione?* Resp. Sempronius te infamavit, dixit, Tu es caruca, aut aliam gravem injuriam tibi impiegit. Disputant iuniores, utrum, hoc infamator tenente famam tuam redintegret, tu possis tantum pecuniarum eiusdem retinere, vel accipere, quantum tibi famæ abtulit. Respondet P. Lessius Lib. II. cap. xi. dub. 25. num. 136. *Probabile est hanc compensationem fieri posse: quia famam pecunia esse compensandam, quantum do in suo genere non restituitur. Quam opinionem pluribus ibidem explicat.*

XIII. Verum licentibus præ ceteris hanc opinionem explicat P. Ludovicus Molina de iust. & iur. Tom. IV. tract. xv. disp. xlix. numer. 5. pag. 492. edition. Colon. Allobrog. his verbis. *Quando unus alterum infamavit, neque, ut tenebatur, inuito eam famam illi restitueret; tunc iniuste infamatus, qui damnus in fama alteri non desiderat, postea in pecunia compensare damnum famæ, in quo est, idque non solum non servando debitum antiquum occultum, quantum ad æqualitatem sufficere iudicare ad competentem compensationem famæ, in quo est; sed etiam occulte accipendo de novo quantum satis esset ad eandem compensationem, dummodo non interveniret scandalum, & aliter commode obtinere non possit restitutionem suæ famæ, & denique dummodo intervenirent conditiones omnes requiritæ ut licite in conscientia fore fiat occulta compensatio debiti.* *Con-*

ditiones requiritæ sunt, ut infamia sit certa, ut nequeas commode alia via famam restitutionem assequi, ut damnus tertii, & scandalum vitetur.

XIII. Hæc opinio præ ceteris quas recensui, mihi videtur cum Evangelio pugnare. Evangelium Christi nos docet orare pro persecutoribus, & calumniatoribus nostris. Contra novus opinandi modus nos instruit posse furari pecunias, ut læsam famam restituiamus. En quam verum sit id quod sæpe diximus, nempe modum opinandi probabilisticum paradoxa, & opinionum portenta parturire. Perdocti, & pii Theologi conlectaria quæ ex recentibus opinionibus necessario proficiuntur, fortasse non praverident. Sed, admittis opinionibus quas relapsi, quæ furta, & quæ fraudes, quæ rapina non consequuntur? Horrorem mihi ingerit potissimum ultima. Nam famam frequentissime a dominis impropria, & convicia sustinent. Vix aliquis illorum famæ læsæ restitutionem impet. Poterunt ergo famuli tantum iuripere, quantum fat erit ad iniuriam compensationem? Clamabunt contra me Probabilistam plures, quod nimis libere labefactare videant eisdem; paradoxa: quod eadem Probabilismi conlectaria esse desiniam. Verum mirari illi modestiam, & acuitatem meam debent, quod ut exulare pro viribus nitat Auctores, ipsam opinandi modum de medio auferendum suadeam. Epi fatari cogantur, solus Probabilissimi beneficio recentis honestatis a suis patris opinionibus. Continenter enim repetunt, Probabile est, improbabile non est. Probabilis est illa opinio: ergo probabilis est hæc altera. Hæc sunt phrasæ que passim insonant. Rogo ergo, obstatiorque adversarios ut serio perpendant, me contra opiniones quas fallas, & christianæ sanctitatis contrarias existimo, calamam acere: venerari autem, officioque suspicere earundem Auctores, qui bona fide id scriperunt quod humane inbecillitas sananda lauvius reputant. Alii me accusabunt, quod nimis ferus esse in obsequio præstando, quam vel remotam ansam præbere me traducendi tamquam iniuriosum doctis iniuribus.

DISSERTATIO III.

DE RESTITUTIONE IN PARTICULARI.

CAPUT I.

De restitutione propter homicidium, vel mutilationem.

Rincipia restitutionis generatim acceptæ hætenus exposui. In hæc differantia quadam peculiarita capta, unde onus restitutionis proficitur, declarabo. Et primum omnium quid ob homicidium restituendum sit, explicandum est. De homicidio crimine satis dictum est circa plurimum mandatum Decalogi. Nunc de onere compensandi ea que tantum scelus consequuntur, sermo nobiscum. Homicidium aliud involuntarium, & a crimine immune, quale illud est quod ob necessariam defensionem, & præter omnem intentionem, accidit: aliud voluntarium, & flagitiosum. Hoc, non illud, debitum restitutionis inducit.

II. Porro duo sunt damna quæ spectant in quolibet homicidio voluntario debent. Primum ablatio vite, mutilatio membrorum vitæ ablatio, sive membrorum mutilatione evenit aut ipsi læso, aut eiusdem filii, familiarisque. Qui alteri homini vitam auferit, aut membrum, contra iustitiam commutantem peccat. Vita autem semel erepta, aut membrum rectum restitui nequeunt. Quid ergo agendum ut læsa iustitia reparetur? Primum, si iudex occisorem, aut mutilatorem punit, nulla alia satisfactio necessaria est: quia iudex omnia que ex iustitia reparanda damna sunt, iubet ut reapse reparentur. Et cum nullum de hoc sit diffidium, ad alia pergo. Illud ergo in disputationem vocatur, quid restituere occisor, aut mutilator debeat tum ob vitæ, membrive ablationem, tum ob damna inde secuta. Ut argumentum clarius dispiciatur, in sequentes quantivoculas illud tribuo.

III. Quæst. I. *Occisor, vel mutilator tenetur ne compensare iniuriam personalem bonis fortuna?* Resp. Ut indicavi, duo considerantur in occisione, mutilatione, vel latione, nempe ipsa iniuria persone occise, mutilate, aut læsæ iniusta; & damna tempora-

lia quæ inde consequuntur. Nunc primum, post secundum discutendum est. De primo duplex opinio est inter Theologos. Prima adfirmat, ipsam iniuriam personalem relaxandam esse. Hanc defendunt Caietanus in Sum. v. Restitutio. Sotus de iust. & iur. Lib. IV. quest. vii. art. 3. ad 3. Aragon. 2. 2. quest. lxxi. art. 2. Petrus Tapia Lib. V. quest. xxv. art. 1. Azorius III. Part. Lib. V. cap. 111. quest. iv. Valentia Tom. III. quest. v. punct. 5. §. 1. Molina Tom. IV. tract. 111. disp. lxxxviii. Prado quest. 11. §. 2. & plures alii, qui evincunt tuam opinionem primum auctoritate sacre Scripturæ. Siquidem Exodi xxi. hæc habentur. *Si viri fuerint, & percussit quis mulierem pregnantem, & abortivum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacet damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicaverint. . . . Si percussit quis ipsam oculum ferit sui, aut ancilla, & laesos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit.* IV. In hanc quoque sententiam concedere S. Thomas videtur 2. 2. quest. lxxi. art. 2. ad 1. Dicendum, quod in quibus non potest recompensari æquivalente, sufficit quod ibi recompensetur quod possibile est. . . . Et ideo, quando id quod est ablatum, non est restituibile per aliud æquale, debet fieri recompensatio, qualis possibilis est; puta, cum aliquis alicui abstulit membrum, debet ei recompensari vel in pecunia, vel in aliquo honore, considerata conditione utriusque persone secundum arbitrium boni viri.

V. Ratione insuper evincitur sententia hæc. Qui alterum occidit, mutilat, lædit, peccat contra iustitiam commutantem. Ergo illudque transgressionem reparare debet ea via qua fieri potest. At quamvis possibilis non sit restitutio vite, membri &c. potest tamen hoc malum bonis fortunæ compensari. Ecce ergo præstandum id non est, qui restituere mille debet, & non potest nisi centum, liber ne a restitutione indicabitur huius partis, quia nequit reddere totum? Hoc verum est, inquit, quando creditum, & debitum sunt eiusdem, secus quando sunt diversi ordinis. Ita ne vero? Offensa illata Deo per peccatum, est supremi ordinis; fati-